dictum Scriptum manuale Scriptis in toto referendo Idq sub rigo-
re in eodem scripto contento per eundem Recognoscentem vel eius
Successores, Supramemorato Nobili Siecinski vel eius posteris ob non
Completionem Contentorum Scripti prefati manualis omnium et
Singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit
ad luendum succumbendo. Pro quo quidem rigore modo premisso ad
luendum succubito ac pro re aliqua principali, ex Contentis scripti
eiusdem manualis non completa complenda Citatus existens memo-
ratus Recognoscens Generosus Nicolaus de Roliszyce Pagowski, sive
eius Successores ad Instantiam prefati Nobilis Joannis Siecinski
vel eius posterorum ad officium presens Castrense Capitaneale Premy=
sliense Exnunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat
mediante, semper in primo Citationis termino tanquam perempto-
rio stare, iuri parere, respondere, rigorem prefatum luere, Inscripti-
oni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tene-
bitur seq ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat
presentibus, Illum terminum primum peremptorium, et alios =
omnes exinde consequentes Causa eiusdem terminos semper per
emptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimen-
ta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus im-
pedimentis non differendo, Ad Quietationem ultra proximos officii
prefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos dilationem sibi
non recipiendo, Nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutio-
nes faciendo, ac premissa omnia penis singlicibus vel triplicatis
evasionibus, suspensionibus, fatalys Iuris, prescriptione terrestri
bello convencioneq ac aliis omnibus Iuris remedys et defensis non
subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua presenti
personali Recognitione ad premissa omnia mediante.

Feria sexta in Crastino Festi =
Sanctæ Heduigis Electæ Anno

2348

Domini Millesimo Sexcentesimo septuagesimo Primo.

16/7

Popiel ad Abrenuntiandum Consortem Suam statuet.

0741

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Alexander Popiel Klimowicz olim Nobilis Klim Popiel cum olim Nobili Anna Łozinska Consorte eius legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expresse fassus recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis Nobili Ignatio Winnicki, olim Nobilis Demetrij Winnicki filio, eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus Nobilem Mariam Winnicka, praedicti olim Nobilis Demetrij Winnicki filiam, eiusdem Nobilis Ignatij Winnicki sororem germanam Consortem vero suam legitimam ad faciendam et recognoscendam per ipsam Inscriptionem Abrenuntiatoriam de bonis paternis et maternis, eiusdem Nobilis Ignatij Winnicki fratris ipsius germani ad Acta quaevis authentica Regni, Vim et robur perpetuitatis in se habentia, vel in Eventu mortis successores illius intra decursum duodecim septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eaque vel successoribus illius ut praemissa debite exequantur efficere, idque sub Vadio Summae Centum florenorum polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius posteros

scripto

suprascripto Nobili Ignatio Winnicki vel eius Successoribus, ob non statutionem eiusdem consortis suae statuendae, vel in eventu mortis Successionem illius, pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Proque quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali expraemissis non completis complendis praefatis consortis sua non statuta statuendae, Magnificus Regens Illustris Alexander Popiel Klimowski olim Nobilis Klim Popiel cum olim Nobili Anna Zozintha consorte eius legitima procreatus filius sive eius Successores, ad Instantiam praefati Nobilis Ignatij Winnicki olim Nobilis Dembij Winnicki filij vel eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, Communi recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, Vadium praetactum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minore aetate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitaneali Praemysliensis Terminos, delationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, acceptationes protectiones faciendo, ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello Convocationeque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquo quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.